

in copiam aquarum et terram quam prius erat sine aqua in exitus aquarum dando torrentes et fontes et flumina in ea.

Et collocavit illic habitatores reducendo eos qui propter sterilitatem nimiam inde fugerant et reparantes loca que pro parte erantruinosa constituerunt loca ad inhabitandum.

Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas. et fecerunt fructus naturalem et bonum.

Et benedixit eis multiplicando bona spiritualia et temporalia. et multiplicati sunt nimis. et iumenta eorum non minoravit sed potius multiplicavit.

Propheta ostendit quomodo etiam dominus liberat a malo dissensionis et discordie inter cives que est nimis periculosa dicens.

Pauci facti sunt concives alicuius civitatis vel compatriote et vexati a tribulatione malorum inter eos surgente.

Ex eo scilicet quod Effusa est contentio super principes eorum et iusto iudicio deus permittit eos errare in iniurio deviendo a iudicio recte rationis et non in via per quam possent habere intentum. Sed dominus.

Pauperem humilem adiuvit de inope divitem faciendo et in prole familias multiplicando.

Et quod talis liberatio est causa leticie bonis dicit. Videbunt recti et letabuntur et contrario quod malis et superbis occasio est tristitie sequitur omnis homo iniquus obstruet os suum ex sua deiectione factus tacens et mutus.

Quis ergo sapiens videns quod deus sic adiuvat pauperem et superbos excecatur custodiet hec ut sit pauper humilis non divites superbus. et intelliget misericordias scilicet quod ab omnibus malis liberat. non pro merito hominum sed pro misericordiis suis.

Psalmus. CVII. in quo monet ad bonam operationem.

Propheta.

Destratum cor meum

Unde deus ut te voce predicem et operibus glorificem cantabo corde psallam opere et hoc faciam quod tibi totis viribus meis serviam gloria mea est. Exurge dicebat propheta David instrumentis suis in quibus dictas laudes decantabat exurge psalterium et cithara. exurgam diluculo hora scilicet qua devoti homines soluti sunt surgere ad laudandum deum.

Propheta providens quod psalmi eius forent in futuris generationibus decantandi in ecclesia dicit. Confitebor tibi confessio laudis in populis christianis et psallam tibi in nationibus omnibus in quibus filius tuus per apostolos est manifestatus.

Et merito Quia magna super spirituales creaturas misericordia tua quod etiam angelis beneficiis tuis fruuntur. nec est aliqua creatura que misericordia dei non egeat veritas tua magna est usque ad nubes pluitenda. id est apostolos et predicatores sanctos que veluti nubes compluant ecclesiam aqua celestis doctrine.

Quia ergo misericordia tua magna est Ex altare ostendebis potentiam tuam et super omnem angelicam naturam altum et sublimem te ostende et super omnem terram et vultu tibi sit gloria liberentur dilecti tui de potestate dyaboli. Reliqui versus sunt supra expostus psalmo. lix.

Psalmus. CVIII. in quo monet inde malitiam declinare et christi humilitatem imitari.

Gloria christi ex parte humanitatis ad patrem.

Deus pater contra improperia que inimici mei loquuntur ad versus me ne tacueris laudem meam sed fac me cognosci et laudari pro totum mundum sicut pro nationes ab apostolis notificari fecit. et hocideo quia os peccatoris et dolosi scilicet iude et populi iudaici contra me apertum est dicendo multa falsa ad depressionem meam. Unde sequitur

in copiam aquarum et terram quam prius erat sine aqua in exitus aquarum dando torrentes et fontes et flumina in ea. Et collocavit illic habitatores reducendo eos qui propter sterilitatem nimiam inde fugerant et reparantes loca que pro parte erantruinosa constituerunt loca ad inhabitandum. Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas. et fecerunt fructus naturalem et bonum. Et benedixit eis multiplicando bona spiritualia et temporalia. et multiplicati sunt nimis. et iumenta eorum non minoravit sed potius multiplicavit. Propheta ostendit quomodo etiam dominus liberat a malo dissensionis et discordie inter cives que est nimis periculosa dicens. Pauci facti sunt concives alicuius civitatis vel compatriote et vexati a tribulatione malorum inter eos surgente. Ex eo scilicet quod Effusa est contentio super principes eorum et iusto iudicio deus permittit eos errare in iniurio deviendo a iudicio recte rationis et non in via per quam possent habere intentum. Sed dominus. Pauperem humilem adiuvit de inope divitem faciendo et in prole familias multiplicando. Et quod talis liberatio est causa leticie bonis dicit. Videbunt recti et letabuntur et contrario quod malis et superbis occasio est tristitie sequitur omnis homo iniquus obstruet os suum ex sua deiectione factus tacens et mutus. Quis ergo sapiens videns quod deus sic adiuvat pauperem et superbos excecatur custodiet hec ut sit pauper humilis non divites superbus. et intelliget misericordias scilicet quod ab omnibus malis liberat. non pro merito hominum sed pro misericordiis suis.

Locuti sunt aduersū me lingua do-
losa iudei et iudas simul tractādo d'radini-
one mea et ex odio circūdederūt me
sermonib' iniuriolis dicētes samaria-
nus es tu et demoniū babes et b'mōi et ex-
pugnauerūt me sine causa iusta.

¶ Vere grātia expugnauerūt me. q' cum
pro beneficijs que cōtulī eis debe-
rēt me diligere detrahebāt mihi ne-
gantes me esse filiū dei et dicētes q' i beelzeb-
bub eijcio demonia. ego at' orabā eū p'
illis. pater ignosce illis x̄.

¶ Et reddiderūt mihi mala p' bo-
nis q' feci eis et odiū p' dilectōne quā
eribui ip'ō iudaico

¶ Quia ergo sic est. Cōstitue super po-
pulū iudaicū dyabolū omniū viciorū
pncipem vt ex q' noluerūt me in regem ha-
beant dyabolū et dyabolus stet a dex-
tris eius tanq' p'positus eius vel super
eum. id est iudam constitue dyabolum vt
q' x'po noluit esse subditus habeat dyabolū
sibi dominantem.

¶ Iudas vō Cū iudicatur exeat con-
dēnat' et orō ei' fiat in peccatū vñb'
penitētia inde puerfa ē illi in peccatū q'a se
suspendio interemit.

¶ Fiant dies eius pauci sic fuit quia
post p'dionē cito se suspendit et ep'ico-
patū. i. dignitatē apostolicā accipiat al-
ter scz matthias.

¶ Exoriantur filij ei' orphani patre
carnali et vxor eius vidua p' quib' su-
stentādis fur erat et larro.

¶ De pena iudaici ip'li loquens ait. In-
stantes. i. vagi instabiles incertū q' vadant
transferantur de loco ad locū et oī p'esi-
dio destituti mendicent et omnibus bo-
nis suis spolian eijciantur de habita-
tōib' suis sicut cōpletum fuit p' Tyrum et
vespasianum.

¶ Et scrutetur fenerator sive exactor
omnē substantiā ei' et diripiāt alie-
ni diuitias laboribus ei' acquisitas si-
cut adimpletū ē p'itum et vespasianū pnci-
pes romanos.

¶ Non sit illi populo adiutor qui in

surgat ad defensionē ei'. nec sit qui
miseretur pupillis eius.

¶ Sed fiat nati ei' in interitū. i. mo-
riant' morte tpali. vñ filij eoz q' occiderunt
x'pm interempti sūt gladio romanorū et in
generatōe vna deleatur nomē ei'.
vt in postez nō faciat ip'lim habentē terram
aut dominiū in mundo.

¶ Iniquitas iudaici ip'li q' interfecerūt
x'pm redeat in conspectu domini ad
placendam et peccatū hierusalem ma-
tris eoz qd' p'p'betas occidēdo et i morte
x'pi cōmilit non deleatur sed puniat.

¶ Sed fiant cōtra dominiū semper
iudei eni q' remanserūt p' maiori pte semp
remanent obstinati i infidelitate et dispe-
reat de terra memoria eoz scz iudeo-
rum ita q' null' iustorū aliqua pia affectate
one moueat sup' eos pro eo quia idem iu-
daicus ip'lus nō est recordatus face-
re misericōdiam in x'pm que occiderunt et i
apostolos quos p'fecuti sunt sed vñ sūt ml-
ta crudelitate.

¶ Unde sequit'. Et persecut' ē ip'lus ille
iudaicus hominē scz x'p'm inopem et
mendicū q' p' nobis paup' fact' ē vt nos
diuites faceret et cōpunctū. i. afflictum
corde de eoz ingratiudine. et p'fecut' ē eū
nō vt aliqd' de tpalibus eius auferret. sed vt
mortificarent.

¶ Et dilexit ip'lus ille iudaic' maledi-
ctionem que imprecatur p'secutorib' innoi-
centiū i sacra sc'ptura et veniet illi et no-
luit benedictionē. i. que in lege imprecatur
operib' misericōdie et elongabitur
ab eo.

¶ Unde romani non fuerunt eis miseri.
Et fuit circumdatus foris maledi-
ctione. id est. pena mortis c'p'isti sicut ve-
stimento circūdatur homo et intus in-
trauit maledictio sicut aqua pene-
trās interiora eius et sicut oleū in
ossibus eius.

¶ Fiat ei ipsa maledictio sicut ve-
stimentum quo cooperitur. et sicut
zona qua semper p'cingitur. vt sit
semper ea constrictus.

Hec merces et pena damnatiois est iudeorum qui detrahunt mihi apud deum negantes me esse filium dei et christum quem lex et prophetie pronuntiauerunt et qui loquuntur mala aduersus animas meas imponentes mihi crimina ut me esse peccatorem maluolum demonium habere et similia

Christus ad patrem loquens consummas orationes inchoatam autem illi ita loquitur sed Tu domine deus angelorum et hominum fac mecum misericordiam me resuscitando et glorificando ut nomen tuum glorificetur per meam exaltationem quia suavis est misericordia tua quam per me quam non perieram queris quod perierat.

Ita uis fac mecum Libera me de hominis corporis infirmitate per resurrectionem quia egenus et pauper sum ego qui diu uiuoluo uolui carnis corruptio et cor meum intra corruptum est umore mortis.

Sicut umbra cum declinat ablatum sum de uita per mortem et fugatum sum in apostolis meis a persecutoribus sicut locusta de loco ad locum fugiendo quam in mea passione dispersi sunt.

Benua mea. i. fontes mei scilicet apostoli subtrahito me pane quam de celo descendit a presbena eorum infirmati sunt et defecerunt a ieiunio quia diuini uerbi refectio non habebat et caro mea imutata est in melius quia in gloriam immortalitatis. et propter inhabitantem gratiam diuinitatis.

Et inferabant mihi in passione opprobria. uiderunt me in cruce pendente et mouerunt capita sua in signum derisionis illuderes mihi et dicentes. uab qui destruit templum dei.

Rediuua me domine deus meus saluum me fac secundum misericordiam tuam in passione confortando ne deficiam et saluum me facre suscitando.

Ut probosciant et intelligant omnes iudei quod non ipsi pualuerunt me sed mea et tua uoluntas facta est. ut panar.

Sed illi scilicet obstinati iudei maledicent detrahentes auxilio quod uident in me unde iudei gloriam resurrectionis christi non cre-

dentes maledicebant a patris predicantibus illam et tu benedices predicatorem apostolorum miraculis firmando confundantur qui insurgunt in me putantes proficere contra me. seruus autem tuus letabitur de operatione facta per ipsum.

Induantur confusione et pudore. id est ubique ex omni parte perueniant qui detrahunt mihi et operiantur confusione sua intus et foris coram deo et hominibus.

Ego autem confitebor domino professione laudis valde palam et non coram paucis sed in medio multorum laudabo eum.

Cum quidem meruo laudare debeo. Quia assistit a dextris mei pauperis me semper in bonis operibus seruando. assistit dico ut saluum faceret a persecutoribus animam meam ne eis cederes vel morte possent me reuincere.

Psalmus. CIX. in quo monet subici christo tanquam uero deo et homini. **Uox prophete.**

Dixit dominus pater domino filio quam dominus meus est sede a dextris meis. id est. expleta militia tua et pacta obedientia quae scilicet in potentioribus bonis meis. sed autem factum fuit in ascensione.

Sede dico Donec ponam inimicos tuos. imperio tuo subiectos uel adoptatos uel victos ut sub pedibus tuis subiecti omnes locum teneant uolentes uel nolentes uoluntate uel necessitate.

Propheta ostendens uerum regnum christi incepit ait ad christum. Virga. i. regiam potestates diuinae uirtutis tue dabit tibi dominus pater ex syon. quia ex iudeis originaliter inchoatum est in credentibus regnum christi dominare ergo christe uel dominaberis in precordiis perfide quondam inimicorum tuorum et mortuam puerorum et ubi iam propria uoluntate subiectorum

Dominare dico. et hoc rationabiliter quia ego pater sum principum unum et idem tecum eadem dominandi potestatem